



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 68. Summi Pontificis officia erga defunctum Cæsarem, ejusque cura
circa Successoris electionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

rum Scriptores celebrant Josephi Au- Sæc. XVIII.
gustissimi Imperatoris memoriam: nil A. C. 1711.
tamen certius superest addendum, quām
eum aliquando fuisse, floruisse, deci-
disse.

§. LXVIII.

*Summi Pontificis officia erga defun-
tum Cæfarem, ejusque cura
circa Successoris electionem.*

Nulla res magis inquietis curis agi- Epist. Clem.
tabat Clementis Papæ animum XI. p. 1534.
quam Comaclensis Urbis jactura, ea- Orat. ejusd.
propter die vigesima quarta Januarii Consist. p. 54.
Imperatoris Conjugem, Carolum Hi-
spaniæ Regem, Eleonoram viduam Im-
peratricem & Principem Eugenium li-
teris fatigabat, efflagitans, ut hanc
urbem, quam jure certo ad Sacram
Sedem pertinere asseruit, restitui pró-
curarent. Postquam vero immaturum
atque inopinatum Josephi Imperatoris
obitum compererat, die vigesima se-
ptima Aprilis habitu secreto, ut vo-
cant, *Consistorio* Cardinalibus extremi
sui doloris rationes exposuit. Hunc
ergo alieno Reipublicæ tempore ab hu-
manis deceßisse ajebat, eoquod Roma-
norum Regem in spem successionis non
reliquerit, & adhucdum pertinax inter
Christianos Principes bellum arderet,

S 5 ac

Sæc. XVIII. ac quotidie plurimis in locis, etiam
 A.C. 1711 ip[s]is Catholicorum Principum ditioni-
 bus absque ullo jam sacrarum & pro-
 phanarum rerum discrimine hæretico-
 rum fraudes & vires crescerent in Or-
 thodoxæ fidei deplorandam perniciem,
 & Suecus ingenti armorum apparatus
 ferociter instaret, palam minitaretur
 Poloniæ, & clam atrociora fors medi-
 taretur, quinimo in auxilium Tur-
 cum Tyrannum vocasset. Denique quo
 Imperator opus, in quod Pontifex, ut
 antiqua S. Sedis jura vindicaret, vigi-
 lias plurimas, plurimosque labores
 insumpsiisse, ajebat, perficere quidem
 decrevisset, nondum tamen perfecerit,
 scilicet *Legatum obedientiæ Romam* non
 mississet, nec etiam a se conceptum
 Civitatem Comaclensem Ecclesiæ redi-
 di consilium explesset. Id vero
 Deum permisisse addebat, ut clarus
 patescat, non esse negligendas moras, nequæ
 expectandam altitudinem diei, quam David
 metuebat, sed absque ulla cunctatione
 veliter, diluculo, ac festinanter securitate
 conscientiæ consulendum.

Postea tertia Maij die datis literis
 Eleonoræ Imperatrici Viduæ summum
 ac intimum suum dolorem testabatur
 significans, se Christianæ Reipublicæ
 interesse arbitrari, ut Rex Carolus ad
 Imperialis fastigii dignitatem eyehatu[m]
 hand

hancque in rem sua spopondit officia, Sæc. XVIII.
simul tamen suam iteravit petitionem, A. C. 1711.
ut Apostolicæ Sedis jura redintegrari,
& quæ defunctus Cæsar in votis habuit,
sed morte præventus perficere nequivit,
ipsa complere velit. Appetente autem
comitiorum pro novi Imperatoris elec-
tione statuto tempore Carolum Hispa-
niæ Regem cunctosque S. R. J. Electo-
res Catholicos die vigesima tertia Maij
suis literis hortabatur, ut in Successo-
ris electione commune bonum, atque
Orthodoxæ fidei rationes sibi commen-
datissimas habere velint, illumque,
quam primum eligi current, qui *a pie-
tate & prudentia maxime commendetur*,
atque *inter ceteros polleat auctoritate &
consilio, avitisque meritis & hæreditariis*
opibus atque potentia Majestatem Imperii
valide tueri valeat, ac demum ea præsentis-
turbatissimis rebus feliciter peragere,
quæ ipsi Christianæ Reipublicæ tot calami-
tatibus afflittæ, Orthodoxæ religioni tot
vulneribus laceræ, & Ecclesiæ tot injuriis
afflictæ lœta esse possint, ac salutaria. In-
super Lothario Francisco Electori Mo-
guntino die trigesima Maij injunxit, ut
ceteros Principes Electores hortetur,
quatenus Hannoveræ Ducem Acatho-
licum in proximis Imperii comitiis ad
ferendum suffragium non admitterent:
cum autem hac in re vel suæ juris-
dictio-

Sæc. XVIII. dictionis limites transgressum se agnoscet, vel suam oppositionem floccari haberi prospiceret, hinc die duodecima Junii ad omnes Electores Catholicos literas dedit, declarans, quod quamvis inter Electores intervenirent Catholici, aut alias legitimo eligendi jure minime suffulti, Electionis tamen eandem vim, & robur esse velit, ac si a legitimis & Catholicis Electoribus rite & ordine facta fuisset. Denique Augusto Poloniæ Regi & Saxonie Electori die vigesima ejusdem Mensis significabat, opinari se, quod Rex Carolus esset Imperio dignissimus, ejus ergo electionem eidem Regi impense commendabat.

§. LXIX.

Francofordiensia Imperii comitia pro novi Imperatoris electione.

Wagner
Hist. Jos.
pag. 427.
Kettl. De-
cad. VI.
pag. 638.

Cum omnes hæreditarii Status post Josephi Cæsaris obitum successoris jure in unum Carolum ejus Fratrem Hispaniæ Regem devolverentur, spectata rerum vicissitudine Eugenius Sabaudiæ Princeps, & Viennense Consilium omnino necessarium duxerant, ut Carolus Elisabetham conjugem suam in certissimum constantis patrocinii pignus in Catalonia relinquerebat, ipse vero